Vinum rosatum cum tercia parte aque rosate in quo vino remolli-
ta sunt tucia et postea contrita per diem naturalem aut de coloquintida disso-
lutum sunt et cum modico zuccaro colorisatum abstergit ca-
ligines i. pustulas sive malas membranas oculorum Et mundat et
clarificat visum et non permittit humores fluere de oculis et fluxos
dispergit lacrimas quoque restringit

Vinum salviatum dupliciter fit Nam aliqui suspendunt sac-
culum salvie in vasculo medio vini Alii exprimunt in
vino quousque non fiat nec corrumpitur nec alteratur
Sed in sua permanet bonitate Reperitur etiam mirabilis usus eius
in omni mollificatione gignarum (?) sed et dolorem demum removet et proprie
sanat omnia membra et nervos et penetrat venas Reddit in fri-
gidatum calefacit et rectificat membra lapsa et debilitata propter
flegma vel humiditata humore grosso sit sicut in paralisi Et ego
expertum hunc in multis habentibus dolores et contractiones spasmo-
sos nervorum movere cum vino decoctionis eius sed salvie Et multi
liberati sunt qui non habuerunt spasmum immediatum et inmatum
a natura Et est res certa et melior que inveniri possit in
hoc casu et valet etiam hoc vinum in epilepsia paralisi et causis
stomachi et matricis quando sunt loca ventuosa et vilosa

Vinum abstergens faciem et manus a tortiabus sive macu-
lis et a fumositate Recipe tartari i. fecis vini siccei per
evaporationem boni vini et sit siccum tartarum debet poni
ad ignem et comburatur et cum albificatum tunc dissolvatur tar-
tarum illud cum vino albo bono et coletur per filtrum et permittatur
consolidari sive congelari Deinde dissolvatur iterum cum bono vino
greco et permittatur stare donec clarescat et tunc lavetur facies
et manus et non tergentur donec exsiccetur tunc lavetur cum aqua
Illud facit vinum in quo est dissolutum clarum omnino donec sit
tersus Sed tunc expedit renovare omnino tertia die usque quo
eius ablutione extergit cutem rugatam et subtiliat pellem
sanguinem ad superficiem perducit et explanat corrugaturas

Vinum ysopi donaticum dissolvendi consumendi attendi ali-
as tenendi fit per istum modum Recipe ysopi comminuti ... et
adde liquiriciam quia ysopum est herba calida et sicca cum
hoc etiam est amara coque cum vino et permitte clarescere
Est enim vinum senum et antiquorum Et valet pectoris confert etiam
[epilepsias] in tussi et epilepsia et maxime usu eius sanat quosdam e-
pilepticos et loco quodam humorosa si lavetur cum ea desic-
cat et sanat ut e pulmo relaxatur et aperit opilationes et
vias vocales reddit clarescit Eidem valet vinum coctum cum
[et asma] ordeo et liquiricia Nam etiam confert asmati Item vinum lymphati-
cum tepidum in quo dissolute sunt pendie als dicte pen-
[pectus pituitosum (?)] die deinde de sero in introitu lecti sumpte Illud vinum
aperit pectus statim et abiliat ad respirandum confert tussi et
maturat catarrum Item usus ipsius vini de ysopo sanat.